50

Nobilissime et Amplissime Vir S. et O.

Hospes Philippi antiquum obtinet. Moras nectit, nec iis, quibus accessit pedibus, discedere parat. Factus est ex plumipede, sit venia verbo, plumbipes: et sic pennatis in plumbeos versis, tardius abigitur. imò si addere licet, sentit se ægrius dimitti, et aliquantulum foveri. Natura quidem ipsa, approbante medico, viam videtur indigitare, qua expelli felicius possit, per poros scilicet, dum ad sudorem inclinat. Verum quia hanc Philippus molestam nimis judicat, non sine molestia ad eam persuadetur. Radices quasdam cerevisia tenui excoquendas præscripsit medicus, qua bis de die sumta, reliquias morbi sublatas iri cum ipso speramus. Summus rerum omnium moderator Deus filium valetudini pristinæ, et parenti optimo, ac fratribus omnibusque amicis salvis brevi restituat. quod animitus precatur

Nobilitatis Tuæ
observantissimus

Johannes Lampe

Ponderosæ $\frac{5}{15}$ 8bris
1647.

© British Library
MS Egerton 1859, f. 50-51
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4690

BRITISH MUSEUM

© British Library
MS Egerton 1859, f. 50-51
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4690

© British Library
MS Egerton 1859, f. 50-51
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4690

Mijn Heere

Mijn Heere van Zuÿlichem
Raedt ende Secretaris van sijn Hoogheÿt
In den
Port. Hage

© British Library
MS Egerton 1859, f. 50-51
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4690